

ROMANI
ORATIO
PRO
ULDARICO
1595.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

35,-185-4°

DA Box

(LN bis 303)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

ΕΠΑΙΝΟΣ
Siue
ORATIO,
Vt vocant, commendatitia,
PRO

ILLVSTRISSIMO ET SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO, DOMINO VLDARICO,

hærede Norvvegiæ, Duce Holſatiæ, Schleſvvici, Stormariæ, Comite in Oldenburgk, & Delmenhorſt, Magnificentiſsimo inclytæ Academiæ Lipſenſis Rectore &c. in frequentiſsima omnium ordinum panegyri de more Academiæ habita.

à

GVLIELMO ROMANO
Philoſopho & Medico D.

Cum adiuncta reſponſione, in qua demonſtratur, Principes iuuenes cum magno Scholarum commodo ad ſceptra & faſces Academicos inuitari.

à

FRANCISCO ROMANO I. V. D.
Prorectore & Profeſſore, nec non ſupremæ Curiæ Electoralis aſſeſſore &c. die VI. Menſ. Iulij. Anno 1595.

LIPSIÆ,
Excudebat Abraham Lamberg.

z 2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

M. clementiſsimè miſerit, non noſtra ſchola ſo-lum, ſed aliæ florentiſsimæ in Germania Aca-demiæ, ea qua par eſt animi ſubiectione loquun-tur & prædicant. Ab illo enim omnes non ſo-lùm nitorem quendam contraxerunt: verùm etiam firmiſsimam benè viuendi normam, cùm à tanto principe ipſa VIRTVS *virtutem addiſce-re poſsit, acceperunt.*

Maxima itaq; animorum reuerentia R. T. M. maximas gratias agimus, quod tanto lumine tantiſq; virtutum radijs hæc ſtu-diorum domicilia non ſolùm illuſtrare, ſed cle-mentiſsimè fouere hactenus dignata fuerit. Vt autem ſymbolum aliquod minutum magnæ no-ſtræ ſubiectionis & terſam gratitudinis teſſeram R. T. M. monſtraremus, humilima animi deuotione Orationes haſce noſtras pro more Aca-demiæ in commendatione, vt vocant, Illuſtriſ-ſimi & Sereniſsmi T. M. filij, Rectoris no-ſtri Clementiſsimi, in frequentiſsima omnium

ordi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

ordinum & ſtatuum panegyri habitas, offerimus: magnas quidem & ſplendidas, ſi Obiectum circa quod verſantur, aſpiciatur: ſi nos, preſſas, exiles, & indignas vt tanto Numini litentur.

Verum vtut ſe res habeat R. T. M. animos gratos & ſubiectos vt intueatur & tueatur, ſereniſsimoq́ vultu hos ingeniorum tenellorum partus, cùm nil niſi ἐπαινετὸς λόγος ſint Illuſtriſsimi & Generoſiſsimi R. T. M. filij, Rectoris noſtri Magnificentiſsimi, ſuſcipiat, ad pedes R. T. M. deuoluti, ſupplici voce precamur: ad Regiam enim T. M. tanti filij Encomia pertinere ſtatuimus, cùm ab illa non ſolùm dignitatum faſces, ſed primæ vitæ ſtamina promanaſſe ſciamus.

Deum Opt. Max. indefeſsis precibus fatigamus, vt ſereniſsimam T. M. cum Clementiſs. noſtro Rectore, Principe Illuſtriſs. &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

ſereniſsimo quàm diutiſsimè nobis ac toti Reip. Chriſtianæ conſeruare dignetur. Tam diu enim ſoſpita erit Muſarum ara, quàm diu inclyta & florentiſsima Danica domus ſalua. Hæc vt perpetuum, Regnorum omnium præſes, Clementiſsimo vultu annue. Lipſiæ VI. die Iulij Anno 1595.

R. T. M.

Serui humilimi

Franciſcus Prorector

Romani &

Gulielmus D. D.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

QVanquam exquiſita illa diſſe-
rendi vbertas, aureumq́; Eloquen-
tiæ flumen, quod illos qui in Ora-
toria palæſtra conſeneſcunt, maximè com-
mendat, & apud omnes claros reddit,
quodq́; in tanti Herois & Principis laude,
de qua hodierna dies mihi dicendi neceſ-
ſitatem imponit, præcipuum hîc ſibi lo-
cum vendicare videatur, efflictimq́; à me
requiri, apud me verè ita exaruerit, vt ſuc-
co perorandi indies magis marceſcente
exiguum admodum reliquum ſit: quæ-
cunq́; tamen dicendi vis in neruis meis ac-
ciſis ſatis & contractis reſidet & reclinat,
illam omnem veriſsimis & æquiſsimis Ma-
gnanimi & verè inclyti principis Encomi-
js libandam & litandam iudico. Quot-
quot itaq; in hoc auguſtiſsimo laudanda-
rum artium templo, Muſarumq́; ſacello
ſacratiſsimo, hoc potiſsimum nomine ma-
gna animi veſtri promtitudine, expreſſæq́;
ſubiectionis ſignificatione conuenire di-
gnati

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

gnati eſtis, adeſte quæſo temperatis & compoſitis animis, mihiq́; minimè in hiſce Oratorijs roſtris exercitato, & verius delineanti quam penitus exprimenti laudes Illuſtriſſimi & Seneriſsimi Principis & Domini, Domini VLDARICI, Hæredis Normini, Ducis Schleſvvici, Holſatiæ, Storvvegiæ, & Dithmarſiæ, Comitis in Oldenmariæ, & Delmenhorſt, Rectoris inclytæ burg, noſtræ Academiæ, Domini noſtri Clementiſsimi, mihi, inquam, fauete, illaſq́; ea qua par eſt animorum ſubmiſsione & attentione percipite & cognoſcite.

Nemini veſtrum, viri omnium Ordinum grauiſſimi & lectiſſimi, voſq́; Nobiliſſimi & literis elegantioribus politiſſimi Iuuenes, obſcurum & ignotum eſſe exiſtimo, noſtri, noſtri, inquam, domini Rectoris Magnifici, Principis Generoſiſſimi natales, ſiue paternæ, ſiue maternæ originis exordia ſplendidiſſima inueſtigemus,

planè

planè ex illa Maieſtatis & dignitatum arce emicare, quæ inde ſubſequentem ſobolem verè Regiam, & Illuſtriſsimam reddit, & commendat. Cum enim ſereniſsimi & Potentiſsimi Daniæ Regis FRIDERICI II. feliciſsimæ laudatiſsimæq; memoriæ filius ſecundò genitus, CHRISTIANI verò III. aui paterni, Regis omnium fortiſsimi & fortunatiſsimi Nepos ſit, ab vna parte maximo Maieſtatis fulgore proſapiam ſuam Regiam & auguſtiſsimam deriuat: ab altera verò, vetuſtiſsimis & Clariſsimis Illuſtriſsimorum Ducum Megapolenſium virtutibus & veriſsimis dignitatum titulis, ipſius Celſitudo ſe iactare altiusq; ſupra reliquos caput extollere poteſt. Et licet maxima ſit felicitas, & inter omnia naturæ & fortunæ bona excellentiſsimum, à magnis & auguſtiſsimis parentibus prima vitæ ſtamina & primordia ducere: Magnanimus tamen, & Magnificentiſsimus hic Princeps, non tantum ſummam hanc

generis Maieſtatem & Amplitudinem ſibi præcipuè glorioſam ducit; verum etiam (quod intimius animos audientium percellit, quodq́; apud ſapientiores maiorem laudem promeretur) inclyta ipſius Celſitudo, heroicis & penè diuinis maiorum exemplis & virtutibus, vel omni ex parte, totoq́; ex aſſe exæquandis, vel alacri animi contentione ijs omninò exprimendis noctes diesq́; ſatagit, & æmulatione quàm proximè ad eas accedendi incredibili accenſa, maiorem indies Ampliſſimo & Auguſtiſſimo generi lucem affundere conatur. Optimè enim nouit ipſius Celſitudo, non opibus, aut alijs fortunæ ſpolijs & ludibrijs auita ſtemmata florere, & quàm maximè inclareſcere, ſed Nepotum & filiorum temperata viuendi inſtitutione, propriaq́; Virtute.

Quemadmodum autem ad ſereniſſimos, & inclytos Daniæ Reges, veluti hæreditario quodam iure deuoluta & impreſſa

eſt

eſt Pietatis, ſapientiæ, Magnitudinis animi, Iuſtitiæ, & Munificentiæ vis & dignitas, humaniorumq́; literarum tutela & defenſio, & erga literas ac literatos animi propenſio & affectio ſingularis & penè diuina: ita Illuſtriſſimorum Principum Inclytæ & florentiſſimæ Domus & familiæ Megapolenſis, nunquam interituræ gloriæ fama, non minore iuſtitiæ, puræ Religionis, diſciplinæ, & laudandarum artium cuſtodiâ parta, ad poſteros propagata & diſſeminata eſt.

Hinc in laudatiſſimo & Auguſtiſſimo hoc Daniæ Regno tot Reges pietatis fundamentis & Ortodoxæ veritatis Chriſtianæ fulcris rectiſſimè imbuti, Iuſtitiæ adminiſtratione florentiſſimi, nec non ſcholarum & Eccleſiarum Nutritij benigniſſimi, cum totius Regni commodo & emolumento, longa annorum ſerie floruerunt, vt rectè felix & beatum Regnum, cùm tales ei gubernatores præfuerint,

à quouis prædicari poſſit & iure debeat. Nec minore laude fulget etiam Inclyta Megalepolis, quæ æquè tantos Heroas omni virtutum genere dotatos habuit, qui eximijs tam in Eccleſiam quàm Rempub. meritis, æterna nominis monumenta & immortalitatem emeriti & conſecuti ſunt. Sed, ô vos Ciues, quàm beati eſtis horum Regnorum ceſpites, qui ſub hiſce aureis Virtutum ramis deliteſcitis; ô quàm beati virtutum ceſpites, quibus cunctæ poſſint gentium inuidere delitiæ.

Et quamuis hæc omnia exactius poſſem demonſtrare: tamen cùm hîc potius contrahendæ quàm laxandæ orationis conſilium ineundum ſit, ſi ſaltem ſumma rerum faſtigia libauero, nihilominus operæ precium me facturum confido. Hoc autem quod paulò antè poſuimus, lucuſentiſsimè illuſtrat FRIDERICI II. patris pietas, fortitudo animi, tam belli quàm pacis tempore conſpicua, Iuſtitiæ adminiſtratio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

ſtratio cum ſumma animi manſuetudine coniuncta, vitæ inculpatæ Encomia veriſſima, & quicquid virtutum chorus in laudem tanti Herois & sereniſſimi Regis proferre vnquam poteſt.

Quid verò de geminis CHRISTIANIS, Chriſtianiſſimis Regibus & Principibus, quorum alter auus paternus, alter Illuſtriſſimi Principis, Rectoris noſtri Magnifici & Clementiſsimi dominus frater, quorum tanta virtutum maieſtas, tantus pietatis fulgor, vt nullius etiam eloquentiæ flumine, & diſſerendi amplitudine extolli ſatis, aut debitis laudum epangelijs illuſtrari ſemidei illi poſſint. Admiremur itaq;, admiremur, inquam, potius ceu attoniti tantos Heroas, tantoſq; Reges, quàm vt in eorum laudes, ceſpitantibus vndiq; noſtri ingenij viribus, longius excurramus aut expatiemur. Hinc taceo Illuſtriſſimum Principem ac Dominũ, Dominum VLDARICVM, Ducem Megapolitanum, Principem ve-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

tuſtæ gentis Henetæ, Comitem Suerini, Dominum Roſtochij & Stargardiæ, Domi-num noſtrum Clementiſsimum, Illuſtriſ-ſimi Principis & Domini, Domini VDAL-RICI (quem non ſine honore toties RECTO-REM huius almæ Vniuerſitatis MAGNIFI-CVM, ſummiſſa noſtra compellatione ſa-lutamus) Auum Maternum. Cui Duci Megapolenſi VLDARICO Principi optimo, quem iuſtitiæ & pacis columen, & bona-rum literarum commune præſidium pro-clamare poſſumus, cùm complura diuini-tus tributa ſint, quibus præ alijs Ducibus ac Principibus non iniuria ab omnibus be-atus ac florentiſſimus dici & laudari poſ-ſit: inter illa non poſtremam aut minimam hanc eſſe felicitatem iudicamus, quod ex vnica eaq; Generoſiſſima filia SOPHIA, ſe-reniſſima Heroina & Regina, Domina no-ſtra Clementiſſima, Nepotem auitæ virtu-tis ſtudioſiſſimum habeat ὁμώνυμον magnæ & altæ ſpei Principem, & non niſi ad res

præcla-

præclarè & fortiter gerendas natum, quemadmodum ſua conuerſatione & autoritate apud omnes, qui tam illuſtre pectus ſuſpiciunt & colunt, teſtatum hodiè relinquit.

Et quid meherculè aliud de hoc Regio ſanguine vel augurandum vel ſperandum, cum id nōn ſolùm primi ortus incunabula, ſed ipſa etiam laudatiſſimæ educationis primordia, progreſſus exoptatiſſimus, & finis feliciſſimus loquantur, & viuis coloribus exprimant. Vidêre & feliciter vidêre laudatiſsimi parentes, in tenerrimo vitæ puerilis limine, reſplendeſcere viuidam quandam ingenij vim, & incitatam alacremq́; ad virtutem & ad decus naturæ generoſæ & optimæ indolem & maieſtatem. Quare ne naturæ, quæ per ſe ad res fortiſsimè conficiendas impellebatur, deeſſent, fundamento quodam in Regia

Patris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

Patris aula, tum in ſtudio pietatis, tum literarum elegantiſſimarum iacto, ad vberiorem & politiorem ingenij cultum capeſſendum, primùm in celeberrimam Academiam Iuliam, quæ eſt Helmſtadiæ, nobiliſſimo & Ampliſſimo aulæ Magiſtro, domino Apitio à Grunenberg, Equite Marchico; & Præceptore M. Paulo Petreio Dano, ipſius Celſitudini adiunctis, anno ætatis Vndecimo mittitur. Anno enim Milleſimo, quingenteſimo nonageſimo, 29. Maij, Fridrichsburgo in arcem Guelfiam ſe mouit, vnde 22. Iulij poſt, ipſo die Mariæ Magdalenæ, aduentantem Principem excepit Academia Iulia, & nouum inclytumq́; alumnum ſuſcepit, quandò videlicet Reuerendiſſimus & Illuſtriſſimus Princeps & Dominus, dominus Henricus Iulius præſul Halberſtatenſis, Dux Brunſuicenſis & Luneburgenſis non ita multò antè, affinitate cum Regia domo inita & contracta, inclytam Principem dominam Eliſabe-

ſabetham, ſororem noſtri Principis dile-
ctam, vxorem domum duxiſſet. Hîc quoad vixit, non modò Illuſtriſſimo adfini chariſſimus, ſed etiam præcipuis in illa Academia Profeſſoribus fuit gratus, vt ipſius Celſitudinem vnicè in oculis ferrent. Fulgor enim & ſplendor virtutum optimarum in Principe viro omnium animos ad ſe allicit, & ad amandum tacita quadam vi impellit. Hoſpitem habuit in hac Muſarum aula, virum CL. dominum Iohannem Borcholtum I. V. Doctorem, de quo viuo verè dixeris, ipſius domum veluti oraculum quoddam totius fuiſſe Ciuitatis: de iam è viuis ſublato, fuiſſe Iureconſultorum integerrimum & optimum, cuius famam poſteritas grata non ſinet ſilentio obrutam conticeſcere: Eruditam verò & omniiuga diſciplinarum copia refertam doctrinam, monumenta quæ reliquit, ſummo ſtudio, ſummiſq; vigilijs elaborata, loquuntur. Inter Profeſſores cumprimis claro viro do-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

mino Iohanne Caſelio Philoſopho hac tẽpeſtate excellenti, & artis Medicæ vſu inſigni, domino D. Franciſco Parcouio, alijſq; viris, in nobiliſſimis diſciplinis citra controuerſiam exercitatiſſimis, familiariter admodum vſus eſt, vt hac ſua Illuſtriſſima conuerſatione probaret, nihil in Principe eminentius poſſe excogitari, quàm ſi ſuæ præſentiæ fulgore literas, & earum cultores, quorum nimis acccîſi vbiq; ſunt honores, cohoneſtaret & reficeret. Ampliſſimum enim hoc ſtudiorum & Muſarum præmium, quandò Regia principum conſuetudine auctorantur & fulciuntur,

Quo facto ipſius Celſitudinis nomen, non ſolùm in hoc celeberrimo diſciplinarum ſacello, & artium Emporio nobiliſſimo, verùm etiam in aula mage magiſq; inclareſcere cœpit, vt non tantum inferiorum oculos cum omnium admiratione, in ſe converteret: Verum etiam ipſius Illuſtriſſimi HENRICI Iulij animum flecteret,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

& ad ſe raperet, vt hoc veluti ſydus clariſſimum, quod læta omnium congratulatione in ſua Illuſtri ſchola exoriri videbat, cum gaudio, & expedita animi promtitudine exoſcularetur, & ita exciperet, vt librata exquiſiti iudicij lance, non adfectu aliquo, Academicam adminiſtrationem & honorem, qui ipſius Celſitudinis proprius & perpetuus eſt, vltrò Illuſtriſſimo Holſatiæ Duci, adoleſcenti planè Heroico, & ad res fortiter & feliciter expediendas genito, deferre non dubitauerit, vt is in poſterum ſuo loco, perpetuus Academiæ Iuliæ Rector ſalutaretur. Tum enim demum illam Academiam beatam fore, ſumma cũ grauitate ſtatuit, ſi magni Principes, qui literarum humaniorum amore flagrant, literatos, ſui fauoris clypeo, tutantur, virtutumq́; ſplendore bonos & cordatos alliciunt, perpetuò præſentes Reſpub. literarias gubernent & moderentur.

Verũ hæc ſceptra faſceſq́;, perpetuos, vl-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

trò ſibi ab Illuſtriſſimo adfine delatos, re-
preſſo primæ ætatis feruore, qui iudicij lu-
cernam vtplurimum obſcurare ſolet, &
penſitata oneris magnitudine, quam im-
parem tenellis ſuis humeris iudicabat, non
minus modeſtè quâm prudenter, quanta-
cunq; etiam in iſtam ætatem prudentiæ
vis cadere poteſt, ſuſcipere denegauit &
detrectauit. Ex vſu enim primæ & teneræ
ætatis cordatus hic noſter Princeps eſſe exi-
ſtimauit, vt potius magna animi lenitate
& verecundia, quædam declinaret, quàm
vt maiora viribus attentaret. Vt ita hoc
ſuo auguſtiſſimo exemplo efferatæ Iuuen-
tutis libidinem & faſtum cum temeritate
coniunctum refrenaret & infringeret.

O magnum adoleſcentis prudentiæ ex-
emplar; dum enim ſe ſubducit modeſtiſ-
ſimè ab ijs, quæ virium tenorem ſuperant,
magnanimus hic Heros morum & hone-
ſtatis pæcepta longè lateq; in diſcentium
animos diſſeminat & transfundit.

Verùm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

Verùm enimuerò biennij ferè ſpacio elapſo, & in Regijs ſtudijs, quorum vnà cum Caſelio moderator fuit poſt Petreium, dominus Ioachimus Hubenerus in Illuſtri ſchola Iulia Helmſtadij, diligenter & magnificè conſumpto, ſereniſſimæ Reginæ, principis ſapientis & φιλοστόργου matris conſilio, Regia ſoboles ex ſchola iam dicta Guſtrouium vocatur, quæ voluntati obſeruandæ dominæ Matris ſuæ parendum rata, ad 27 Menſis Aprilis, anni nonageſimi ſecundi ſupra Milleſimum, quingenteſimum: inde cum Illuſtri & Generoſo domino Brunone, Comite ac domino in Mansfeldt, & nobili domino in Heldrungen, & Ampliſſimo aulæ Præfecto Grunenbergio, alijſq; ipſius Celſitudini adiunctis iuuenibus & comitib. nobiliſſimis, feliciſſimo quidem auſpicio, ſed lugente Academico ordine diſceſſit. Cum verò apud Illuſtriſſimum Ducē Megapolenſem Dominū, Dominum VLDARICVM auum vnicè ob-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

ſeruandum, per aliquot ſeptimanas, ferijs Pentecoſtes tum ſimul incidentibus, ſubſtitiſſet, tandem omni comitatu vrbem Roſtochium. 31 Menſis Maij feliciter laudatiſſimus Princeps ingreſſus eſt. Vbi mehercule omnes vidiſſetis non ſolùm ipſam florentem Academiam, Generoſam & Regiam prolem, Illuſtriſſimum dico Principem VLDARICVM, quod nomen ſalutis & gratiæ plenum, boni ominis loco, non ſine læta omnium congratulantium voce & applauſu, acceptum eſt, in ſuum veluti gremium, ab Illuſtriſsimo Duce Megapolenſi, auo Materno traditum, ea qua par eſt obſeruantia, & omni ſummiſſionis ſtudio amplecti & ſuſcipere, ſed etiam ſingulari lætitia perfuſum Rectorem Academiæ Roſtochienſis Illuſtriſſimum Principem & dominum, dominum Gulielmum, in Liuonia Carlandiæ, & Semigalliæ Ducem de aduentu Principis proſpero & felici toto pectore ipſius Celſitudini, & imprimis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

Academiæ gratulari , quod cerneret Il-
luſtriſſimum Principem VLDARICVM,
gratioſum dilectumq; cognatum ſuum
ſecundum fore ab ipſo , cui ſceptra Aca-
demiæ , conſentientibus Procerum ſuf-
fragijs, paulò poſt committerentur. Ad
imperandum enim tantum Heroëm na-
tum eſſe , omnes , cuiuſcunq; etiam fu-
erint ordinis aut ſtatus , ex Regia illius
naturæ bonitate, facilè concludere poſ-
ſunt. Neq; me herculè hoc omen & vo-
tum caruit ſucceſſu. Virtutis enim vota rarò
irrita.

Nam poſtquam inclytus Princeps
Gulielmus in Liuonia Curlandiæ & Se-
migalliæ Dux , illuſtres penates ſuos
repetitum , Roſtochio abijſſet , ſucceſ-
ſorem , quem animo coràm vidit &
complexus eſt , abſens habuit. Etſi au-
tem cùm Magnificus Academiæ huius
inclytæ Rhodopolitanæ inaugurararetur
Rector

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

Rector Illuſtriſſimus Princeps VLDARICVS, ſufficientes & iuſtos ad ſcholaſticam gubernationem annos non adferret (tum enim annum ætatis decimum quartum ingreſſus erat Dux.) animum tamen attulit annis maiorem. Quamprimum enim imperij & Magiſtratus faſces & habenas moderari cœpit, viua voce, & quidem memoriter, in frequentiſſima & nobiliſſima panegyri Oratiunculam de Virtutibus Principe dignis, ita clarè, diſtinctè & ſimul animoſè habuit, vt cum omnium admiratione fuerit publicè auditus. Imo breui temporis intercapedine interiecta, in legum ſcholaſticarum promulgatione ſiue recitatione, vt indigitant, aliam non minore ſanè cum applauſu & laude ſubiunxit, & toto Magiſtratus ſui tempore tantum Principem & Heroëm ſe geſſit, vt ab hoc Illuſtriſſimo & sereniſſimo capite diffuſum lumen, gratiſſimum Academiæ nitorem conciliaret. Et ne viduaretur hoc vulgore & ſplen-

ſplendore inclyta Academia, Magnificum Rectorem ſuum, Illuſtriſſimum dico Principem ac Ducem VLDARICVM, non tantum in ſuo gremio, velut inclytum alumnum fouere, ſed etiam tanquam ſupremum & quidem perpetuum caput agnoſcere & venerari ſtatuit, ſi per ipſam ſtetiſſet. Sed aliter tùm viſum fuit ſuperis, qui fata humana rotant & moderantur. Vnde quæ penitus inſederat Principis animo cupiditas ad ea loca excurrendi, illaq́; perluſtrandi: vbi natura homines non tantum finxiſſet politioris & elegantioris vitæ amantiſſimos, ſed etiam vbi ipſe locus ſui ſplendore & magnificentia, ſalubritate cœli, omnis generis doctrinarum ſtudijs, variarumq́; rerum affluentia ſe ſatis ſuperq́; commendaret, hac animum ſatiandi & explendi ipſius Celſitudini poteſtas data fuit. Quapropter hunc incredibilem animi ardorem, quo ſe diuinitus ad abitum accendi & quaſi inſtigari animaduertebat Il-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

luſtriſſimum hoc Charitum pectus, cum amplius neq; reprimere neq; cælare poſſet, huncq; Clementiſſimi aui & Reginæ matris aſſenſus quaſi ventilaret, & tacito ſenſu proueheret, florentiſſimæ Academiæ Roſtochianæ ante ſuum diſceſſum, quem moliebatur, gratias clementiſſimè agendas, pro ſua erga ipſius Celſitudinem obſeruantia, qua ſe tanto honore dignata eſſet, æquiſſimum eſſe duxit.

In hac gratiarum actione Magiſtratu, quem Prorectore Clariſſimo Viro domino Marco Luſcouio Iuris vtriuſq; D. per ſemeſtre hybernum geſſerat, clementer abit, & ſimul excellentem & doctiſſimum virum dominum Bartholomæum Clingium, Magnificum Rectorem, vnanimi purpuratorum Academicorum conſenſu electum, publicè renunciat. At ſi tu diuine Brucæe Aſclepiadeæ familiæ decus vnicum, ad illum vſq; diem, vitæ tuæ ſtamina pertexuiſſes, quo Illuſtriſſimi & Clementiſſimi tui

Princi-

Principis honor Academicus, qui te ſuo ſti-
pendio conducto, fideli & induſtrio, nec
non ſimul felici vtebatur Medico, ad ali-
um iam eſſet deuoluendus, tibi, qui iure &
ordine legitimo ad hos dignitatum Scho-
laſticarum faſces ſucceſſiſſes, de Magnifi-
ca Reipubl. literariæ gubernatione, publi-
cè clementi animo gratulatus eſſet: pro qua
gratulatione, triſtem quidem, at cineribus
(ſi quis ijs ineſt ſenſus) nõ ingratam poſu-
it næniam, quando quod vltimũ defunctis
hîc præſtari poteſt officium, tibi ſua Illuſtri
& Magnifica præſentia exequias ornans,
clementiſſimè præſtitit. Regium enim du-
xit & maximè humanum, cordatos & fi-
deles miniſtros non viuos ſolùm amare,
ſed etiam mortuos & defunctos. Sed quid
de alijs illius Academiæ Profeſſoribus, vt
Dauide & Nathane Chytreis, Luca Back-
meiſtero, Doctore Theologiæ, & ſupremo
iſtius Eccleſiæ Epiſcopo Michaëlis Graſ-
ſo, piæ memoriæ Marco Luſcouio ipſius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

Celſitudinis prorectore, & Bartholomæo Clingio Iureconſultis, & alijs quampluri-mis Reuerenda dignitate & erudita do-ctrina grauiſſimis viris.

Hoc vnicum admirandum, & miris Encomijs prædicandum, tantum Princi-pem, tanta proſapia natum, tam clemen-ti pectore & amaſſe & fouiſſe Academicos, qui alijs ferè faſtidio eſſe ſolent. Sed ele-ganter & ſapienter, vt omnia ſolet tam Il-luſtris & generoſus animus, vim illam diui-nam expreſſit, dum in dignos non in La-pithas & Centauros hos ſuæ virtutis & hu-manitatis radios transfundere voluit.

Verùm habenda ratio temporis: mo-net enim vt potius orationis vela con-traham, quàm vt ventis ſatis proſperis committam. Ad orbitam itaq; tritam fle-ctenda eſt differendi inſtitutio, à qua hacte-nus, non ſine voluptate tamen, exorbita-uit. Die à renunciatione noui Rectoris o-ctauo, ipſis ſcilicet Cal. Iunij annum inte-

grum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

grum explentibus, & ſtudiorum telam illic à ſuo præceptore M. Henrico Gerlacio inceptam interrumpentibus, Lipſiæ verò auſpice CHRISTO porrò pertexendam determinantibus, Roſtochio ceptum eſt ire, cùm pridiè Illuſtriſſimus Princeps ab Ampliſſimo Senatu Roſtochienſi intra vrbis mœnia in aggere aliquot machinis maiores & minores globos eiaculantibus, inſtructo, & foſſis & propugnaculo munito, ſplendidè eſſet acceptus. Anticipauit hoc iter allatus, de parturiente Illuſtriſſimi Principis, & Domini, Domini Henrici Iulij Ducis Brunſuicenſis & Luneburgenſis inclyta Coniuge Eliſabetha, Illuſtriſſimi Principis VLDARICI, MAGNIFICI noſtri RECTORIS dilectiſſima ſorore, nuncius: quæ cum tertia prole Principem maritum feciſſet parentem, placuit Inclytæ puerperæ præſentibus teſtibus, ſereniſsima Matre Sophia, Illuſtriſſimo Principe VLDARICO, Duce Megapolenſi & alijs, puellulæ Generoſæ è Sa-

cris lotionibus à ſereniſſima Regina exce-
ptæ & nomine Eliſabethæ inſignitæ & Ge-
neroſiſſimum Principem, Dominū fratrem,
adeſſe, & coràm videre. Vehementius enim
vritur στόργη mutua, Regina ſoboles, quàm
cæterum vulgus, quod hos generoſos na-
turæ ſenſus negligit aut non percipit. Ex-
pedito & peracto iam παιδοβαπτισμῷ nihil ali-
ud reſtabat, quàm vt iter, quod Lipſiam
verſus erat adornatum & ſuſceptum, Illu-
ſtriſsimus & Sereniſsimus Princeps non tā-
tum à Generoſo Comite Mansfeldenſi, au-
læ Præfecto & moderatore, ſed alijs etiam
præcipui nominis cùm in Cimbrica tum in
Megapolēſi aula à ſereniſsima Regina & Du-
ce Megapolenſi peculiariter electis viris, Io-
hanne Ranzouio, Victore Bulouio, Guliel-
mo à VVēſe, Dauide Reuentlouio, Vdalrico
Stralendorfio, Chriſtophoro Lentzouio co-
mitatus, abſolueret, & felici ſydere confi-
ceret, id quod tandem exoptatiſsimo e-
uentu ipſius Celſitudo emenſa eſt XVI. die
Menſ. Iulij.

Hic

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

Hic iam excurrendi in ipſas Magnifici Rectoris Principis VLDARICI Ducis Holſatiæ, Domini noſtri Clementiſſimi laudes campus longiſſimè patens aperiri nobis videtur, cùm quæ fando ad noſtras defluxerunt aures, ea vtcunq; adumbrata hactenus expoſuerimus. Iam verò quæ metipſi vidimus, audiuimus & recognouimus, accurata exegeſi deinceps perſequenda eſſe intelligimus. Maior enim fides viſis quàm auditis adſtringitur. Sed ne promiſſa & prolixa perorandi tela veſtras pungam & offendam aures, tantum ſumma ſequar faſtigia rerum. Non autem à congratulatione, quod verè poſſem, ſed ab eo quod in Principe primum & præcipuum eſt, diſſerendi principium expedire cupio. Meminimus autem pleriq;, vt Illuſtriſſimus & Clementiſſimus noſter Rector in pijs congreſſibus ijsq; publicis pietati & cultui diuino imprimis deditus fuerit. In ore enim & in corde habuit perpetuò hoc Apophthegma pijſſimum.

Principis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

Principis eſt virtus maxima noſſe Deum.

Imo apud omnes eſt in confeſſo, vt priua-
tim ſtudia ſua à ſanctis precibus & atten-
ta Bibliorum lectione ſemper auſpicari ſo-
litus fuerit, quod ſine Numinis diuini auxi-
lio, omnes noſtras actiones felici ſucceſſu
carere, omnesq; conatus irritos eſſe, & re-
ctè & piè iudicaret. Vt ſomni parcus au-
roram Muſis amicam duxerit, & cum De-
moſthene Oratore Clariſſimo doluerit, ſi
ſurgendo antelucana opera ab opificibus
eſſet præuentus: Vt item temporis matuti-
ni & pomeridiani in certas horas diſtri-
butione, ordine, & cum Heroica animi vo-
luptate, ea quæ ſui muneris fuêre, promtiſ-
ſimè peregerit: vt deniq; ad corporis exer-
citia, & ad ἱππικὴν præcipuè non acceſſerit,
niſi vbi feſſo vel relaxatio à ſtudijs data eſt,
vel officij partes expleturo alacior ab
exercitijs ad ſtudia reditus à Nobiliſſimo &
prudẽtiſsimo aulæ Magiſtro permiſſus eſt.

In ſum-

In ſumma vt fuerit ἀμφότερον θεράπων μὲν ἐνυαλίοιο θεοῖο,
καὶ μουσάων ἐρατῶν δῶρον ἐπιστάμενος.

Vtraq; ſectatus ſtudia: eſt nam Martis alumnus
Et recolit ſtudium, docta Thalia; tuum.

Recordamur itidem, & quidem ſinguli gratiſſima & ſubiectiſſima mentis ſubmiſſione huius ſummi beneficij fructuoſam memoriam recolimus, vt diſſipationẽ huic ſcholæ imminentem ſuo felici ad nos acceſſu auerterit. Cùm enim omnia in peius ruere, omniaq; ad interitum tendere, ſcholas ex ſuis halcedonijs excludi; Muſas quæ otium & pacem requirunt, interturbari, iudicia & ſacella Iuſtitiæ confundi & commiſceri, pacatas hominum inſtitutiones, & ciuilia commercia diſtrahi & conuelli, pietatem etiam & cultum Deorum impediri, cum magna animorum perturbatione & dolore videremus; huius, huius inquam Illuſtriſſimi & ſereniſſimi Principis Rectoris noſtri clementiſſimi gratioſo aduentu, hiſce confuſionibus omnibus, veluti aureum Palladis frenum fuit iniectum, vt illa, quæ

ruinam & omnium rerum euerſionem paulò antè minitabantur, nunc repreſſis vigilantiſſimi ſupremi Magiſtratus cura & ſolicitudine plus qàm paterna ſeditionum facibus, rurſus florere, taleſq́; in patrios hos Lares fructus fundere incipiant, vt ſcholæ in priſtina halcedonia reponantur, Muſæ dulciſſimam pacem ſectentur, ſacerrimæ Themidos adminiſtrationes æqua Iuſtitiæ lance librentur & exerceantur, humanæ ſocietates ſine omni animorum exulceratione coëant & coalcſcant, & religionis & pietatis exercitia maxima omnium deuotione perficiantur & expediantur. Annon hoc maximum DEI beneficium? Numquid DEVS Opt: Max. maiora hiſce noſtris tuguriolis addere vel donare? Num alia re, quantumuis præcioſiſſima, felicius nos beare potuiſſet? Præterquam enim, quod omnia ad salu-

tis

tis anchoram ſub huius auguſtiſſimi Principis in hanc vrbem ingreſſu redierint; hoc etiam beneficium maximoperè decantandum, quòd complurium inclyti ſui nominis fama huc ex diuerſis locis excitorum cùm patriciorum tùm Nobilium & præcipuè Baronum numero hanc noſtram elegantiorum Muſarum ſedem auctiorem reddiderit. Eſt quoq; in omnium ore & corde, vt publicis noſtris actibus intereſſe haud dedignatus ſit, vt item ſuis argumentis neruoſè excogitatis publicas diſputationes, inprimis Medicam, tùm in honorem artis Medicæ omnium artium eminentiſſimæ, vt illa hac præſentia Illuſtriſſima à quorundam furijs & latratibus Cyclopicis defenderetur, tum in honorem CL. domini D. Chriſtophori Brunonis, ipſius Celſitudinis valetudinem ex officio ſibi humilimè commendatam habentis altero Menſe

ab illius ingreſſu in hanc vrbem felici exor-
nare geſtierit. Voluit enim hic Heros Il-
luſtriſſimus re ipſa probare quòd ſcholaſti-
cas panegyres cordatè foueret & amaret.
Vt item Magiſtratum ſcholaſticum & Po-
liticum ob ſumma vtriuſq; in ſe merita a-
mauerit, vt ſemel clementia ſua dignos ſibi
viſos in precio poſtea ſemper habuerit, vt
in ſermone, in vultu, in inceſſu regium quid
dam & planè diuinũ eluxerit, vt deniq; non
tam dici quàm eſſe Princeps bonus & cle-
mens ſtuduerit, atq; hæc munimēta firmiſ-
ſima & vincula adamantina Cordati & Ma-
ſculi Principis & eſſe & dici exiſtimauerit,
non metũ ſed beneuolentiam; non tyranni-
dem, ſed iuſtitiam: non violentiam, ſed a-
nimi lenitatem: non claſſem deniq; aut ali-
quot armatorum millia, ſed beneficentiam
atq; animi promtitudinem. Mane
quoq; alta & læta mente repoſtum, & qui-
dem libenter, ipſius Illuſtriſſimi Princi-
pis VLDARICI RECTORIS noſtri CLEMEN-

TIS-

TISSIMI nomine, vt vicini Illuſtriſſimi & potentiſſimi Principes & Duces, Dominus, Dominus Fridericus VVilhelmus Dux Saxoniæ, Proëlector Electoratus Saxonici vigilantiſſimus, & Dominus, Dominus Ioachimus Fridericus, Dux Brandẽburgicus, & poſtulatus Adminiſtrator Primatus Magdeburgenſis, Domini & Mecœnates noſtri Clementiſſimi, huius noſtri Generoſi Principis conuerſationem & conſuetudinem familiarem ſibi expetendam duxerint, vt ab vtriſq́;, tum Halæ tum Torgæ, & filij & fratris loco habitus & acceptus ſit. Meminimus ſimul eius ſummæ beneuolentiæ & humanitatis, qua geminos illos fratres Generoſiſſimos Duces Curlandicos, quos verè Illuſtre ac Nobile par dixeris, Lipſiam hucuſq́; Illuſtriſſimi Principis gratia venientes complexus eſt. Reipſa enim omnibus oſtendere voluit, impreſſum hũc in naturæ bonitate characterem, ſuperam ſcil. Maieſtatem nihil magis condecorare

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

quàm humanitatem & animi manſuetu-
dinem. Nec verò ſui ordinis homines
tantum Illuſtriſſimos Principes inquam,
tàm exteros quàm vicinos, ſed eorum e-
tiam familiares Conſiliarios, quorum &
pacis & belli tempore vſus eſſe poſſit, vt Io-
hannem Georgium Oſterhauſen, Her-
mannum Biſenroth, tum temporis Illuſtriſ-
ſimi & feliciſſimi Principis & Domini,
Domini Friderici VVilhelmi Electoratus
Saxonici Adminiſtratoris & tutoris
locum tenentem, Iohannem Georgium
à Ponikau, Iohannem Löſerum, & com-
plures alios Conſiliarios ſplendore gene-
ris, ſapientia, autoritate, eruditione,
conſilio, vſu rerum, ac virtute præſtan-
tiſſimos viros vnicè habuit charos, eorum-
qúe colloquio mirum in modum fuit de-
lectatus, adferens ipſe ἀψευδὲς ἦθος καὶ εὐπροσήγορον
στόμα. Vos quoq; Reuerenda dignitate, ele-
gantioribusq́; literis politiſſimi viri, qui-
bus

bus tam Generoſi Principis familiari conſuetudine frui eſt datum, nonne metipſi eſtis experti, quanta pietate, humanitate, cæteriſq; laudandarum virtutum ornamentis ſtipatus & exornatus apud nos vixerit: quomodò item ſumma animi contentione ſategerit, vt reliquis omnibus ceu ſtella eminentiſſima præluceret, ex qua optimam viuendi rationem quiuis addiſcere potuerit.

Quæ cùm omnia veriſſima eſſe ſciatis, non addo reliqua, quæ tùm de honoris fuga, cuius proprium eſt, eum qui ſe fugiat, inſequi, tum de mira erga eos, quibus cum vel arte vel Marte cottidianæ vitæ coluit conſuetudinem, & quos prætерea ornandos & iuuandos clementer ſuſcepit, affectione: & de eo quod in hoc ipſo Principe ſingulare & gentilitium eſt, literas ac literatos,

& in-

& inprimis puram & incorruptam veritatis cœleſtis doctrinam amare, & de compluribus alijs, quæ inquam, inmedium afferri poſſunt, quod non ſim neſcius, ſatius eſſe ſilere, quàm de Carthagine, h. e. vt ego interpretor, de CIMBRICO DVCE parum dicere. Cùm itaq; & fides & veritas rem ipſam ſequatur & firmet, affirmamus ſubiectione humilima nulli dignius & iuſtius quàm inſigni huic Heroi, tantaq́; virtutum maieſtate decorato Principi, iamq́; trium celeberrimarum Germaniæ Academiarum non tantum Ciuem ſed Caput, imò Patronum benigniſſimum ſe profitenti, & iure glorianti ſummam Reipubl. noſtræ literariæ gubernationem credi & committi potuiſſe. ô felices nos, & terq́; quaterq́; beati, qui tanto Principi & Rectori Illuſtriſſimo paremus. Et licet quidem multi nos feliciores prædicandos exiſtiment, ſi præſens Illuſtriſſimus & sereniſſimus Princeps Rector Magnificentiſsi-

mus

mus clauum ſcholæ torqueret: quam ſanè felicitatem nobis non inuidiſſet occellulus iſte Academiæ noſtræ vigilantiſſimus, niſi pietas, qua filius Princeps erga matrem Reginam ſereniſſimam obligatur, diuerſum ſuaſiſſet. Nos tamen non moti hac opinione verè nos fortunatos iudicamus; quomodò enim non præſens, qui animo nunquam ab hiſce ſcholaſticis faſcib. auellitur? Reuerētia enim erga Matrem motus nihilominus Academiæ commodis conſultum eſſe cupiens tibi CLariſſimo viro domino Franciſco Romano I. V. D. & PRORECTORI Magnifico ſe abſente ita moderandi omnia poteſtatem fecit, vt muneris huius dignitas, quòd Illuſtriſſimi Principis Domini, Domini VLDARICI RECTORIS MAGNIFICI nomine haud grauatim tibi imponi paſſus es, omni ex parte poſtulare videtur.

Non recito iam, nec temporis ratio ferret, quomodô Inclyta ipſius Celſitudo te

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

compellandum cenſuerit. Quibus enim verbis hoc Ampliſſimum munus coram tibi demandatum ſit ab Illuſtriſſimo Principe, nouiſti, & tecum plures alij.

Quæ cùm ita ſe habeant, omnes quotquot huic Iuriſdictioni ſcholaſticæ ſubiecti eſtis, nomine RECTORIS ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS, Domini, Domini VLDARICI admonitos volo, vt durante hoc Illuſtriſſimi Principis Magiſtratu, quem Magnificus Prorector ipſo abſente in præſentia gerendum ſuſcepit, neq; contra vocationem veſtram, in qua diuinitus eſtis collocati, neq; contra conſcientiam, τὴν ψυχὴν πλήττειν, id eſt, animam ſauciare ſolitam, iuramenti, iuramenti, inquam, præſtiti immemores vel agatis quid, vel ſuſcipiatis: ſed potius pro ratione officij veſtri ſinguli annitamini, vt & ipſius Celſitudinis clementiam, fauorem & gratiam ſubiectiſſima morigeratione, & debita erga MAGISTRATVM veſtrum obſeruantia demereamini, & ipſas

guber-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

gubernationis difficultates & moleſtias Magnifico domino Prorectori hac ratione alleuantes, ipſo non rigido & ſeuero Iuſtitiæ executore, ſed tanquam parente in ſuo imperio & facili & benigno vtamini.

Quod ſupereſt Deum æternum patrem domini noſtri Ieſu Chriſti ardentib. votis precor, vt Illuſtriſſimum Principem, Magnificum huius Inclytæ Academiæ noſtræ RECTOREM, omnemq́; ipſius Celſitudinis & Magnificentiæ comitatum S. ſuis Angelis ad ſuos deducat, & reliquum ipſius vitæ curſum ſpiritu ſuo S. clementer moderetur, quò Iuſtitia ac paſſim neglectæ & ceſpitantes Muſæ, & potiſſimum vndiq́; diuulſa & diſtracta Religio Illuſtriſſimo noſtro Principe ac Domino, Domino VLDARICO incolumi & Præſide & Mecœnate, & Nutritio quàm diutiſſimè gaudeant: vtq́; ſuſceptos abs te Magnifice domine Prorector labores, ſub ſanctiſſimi Numinis ſui præſidio, & ſub tanti Herois auſpicijs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

ſpicijs velit eſſe fauſtos & ſalutares, vt ad diuini nominis gloriam propagandam & amplificandam, ad Reipub. literariæ, & inprimis ad ſcolaſticæ diſciplinæ dignitatem & laudem tùm defendendam, tùm conſeruandam, deniq; ad tuam ſalutem vicariam hanc gubernationem ſuſtinentis & adminiſtrantis vergant.

D I X I.

RESPONSIO MAGNIFICI DOMINI PRO-RECTORIS, PRÆSTITO prius pro more Academiæ iuramento.

SI QVISQVAM EST, *Patres conſcripti, vosq́; Muſarum cultores elegantiſſimi, qui Academiæ noſtræ fauet, quiq́; nihil aliud in votis habet, quàm vt mitiore Fortunæ imperio in poſterum eadem fruatur, Certè hodierno die ad hanc Panegyrin ſcholaſticam cōuolare debet, mecumq́; huic Muſarum aulæ aliàs celeberrimæ gratulari, quod hactenus ſitu, ſqualoreq́; obducta, nunc, dum Illuſtriſſ. & Sereniſſimum Principem ac Dominum, Dn.* VDALRICVM, *Hæredem Norvvegiæ, Du-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

cem Schleſevvici, Holſatiæ, Stormariæ & Ditmarſiæ, Comitem in Oldenburgk & Delmenhorſt, etc. Magnificum Rectorem, non ſine læti ominis inauguratione, nacta ſit, priſtino nitori reſtituatur.

Gratulemur itaq;, gratulemur, inquam, noſtræ huic Scholæ de tanta felicitate, deq; tàm læto auſpicio, quo, ſi non omninò exoptatam ſucceſſuum faciem, ſaltem benigniorem fati vultum induere & recipere poteſt. Si enim tum demum Reſpub. beatæ & florentes prædicandæ ſunt, quando Principes inclyti, probi, & omnium virtutum munimentis condecorati, ſupremum illarum clauum rotant & torquent: Certè noſtra omnium beatiſsima dici meretur, cum iam tantum Heroa & Rectorem habeat, in quem natura virtutes omnes, quæ in Principe bono & iuſto requiruntur, cumulatiſsimè effudiſſe videtur. Nam ſi reginam omnium virtutum aſpiciamus, ipſum ſc. pietatis ſtudium, adeò in hoc illuſtri refulget & emicat pectore, vt ipſius Celſitudo nihil antiquius,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

tiquius, nihil excellentius, nihil deniq; magis regium, & principe viro dignius ducat, quàm omnes agendi rationes à ſummiſſâ numinis diuini imploratione, & attentiſſima Sacrarum literarum meditatione inchoare, & ſumma animi alacritate expedire. Et quamuis hic pietatis ardor, & orandi religio, omnes Chriſtianos æquè commendet & deceat, longè tamen excellentiorem laudem meretur, ſi in Principe generoſo non ſolum ſtudiosè exerceatur, ſed in illo etiam quaſi auitam ſedem teneat. Quemadmodum enim aurum omnia metalla ſua eminentia vincit & excellit: Veruntamen ſi eidem inoculetur gemma aliqua præſtantiſſima, longè maiori cum admiratione coruſcat & fulget; Ita mehercule æquè Princeps iuuenis, quamuis regia proſapia, & gentilibus natalibus reliquos omnes anteeat & præcellat: Tamen ſi pietatem, & ardentiſſimum veræ religionis ſtudium, gentilitiæ maieſtati adiungat, non ſolùm altiùs inter reliquos regulos caput attollet, Verùm ab omnibus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

cuiuſcunque fuerint conditionis, non ſolùm ſummiſsiùs, ſed maiori etiam cum reuerentia coletur & honorabitur. Pietatis enim ſtudium, regiam prolem, ceu in numen aliquod venerandum tranſmutat. Gratulandum itaq; Scholæ noſtræ, ſi non alio, ſaltem hoc nomine, quòd iam talem moderatorem habeat, qui radijs veritatis diuinæ non ſolùm rectè & piè ſit illuſtratus; verum etiam qui vigilantiſsimè orthodoxæ religioni inuigilet, cultus DEI promoueat, pijsq; miniſtris, ea qua par eſt, munificentia & benignitate regia ſuccurrat. Ut autem Pietas eſt quæſtus vberrimus, vt D. Paulus atteſtatur, ita magno virtutum comitatu, regiam Principis maieſtatem comitatur. Fieri enim non poteſt, vt qui DEO ſe mancipauit, quamplurimis alijs virtutibus non emineat & floreat. Hinc à Clementia, & animi manſuetudine, tantis epangelijs Sereniſsimus noſter Rector commendatur, vt vix alius reperiri poſsit, cui hac in parte cedere vel debeat, vel etiam poſsit. Cum enim benè

muni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

munitum pectus aduerſus omnes humanos caſus habeat, præclariſsimarumq́ue virtutum ornamentis benè excultum, deteſtandam illam Tyrannidos notam, ex qua nil, niſi gurges malorum, & Ilias iniuſticiæ exudat, declinare; Econtrario verò animi lenitatem omnibus teſtatam facere, ex qua nil, niſi quod iuſtum, quod æquum, & ſalutare Reipub. literariæ proficiſcitur, magnanimiter ſatagit. Et vt id alijs probationum neruis non muniam, hoc vnicum inſtar plurium erit. Teſtari enim & vera animi ſummiſsione teſtari hoc poſſunt, quotquot huic literariæ militiæ nomina ſua dederunt, & quotquot Illuſtriſsimum & Magnificum Dominum noſtrum Rectorem viderunt, ipſius Celſitudinem tanta animi promptitudine & beneuolentia, humaniores literas, & laudandarum artium myſtas iuuiſſe, vt & Muſæ cum elegantioribus antiſtitibus, nihil aliud in votis habuerint, & etiamnum habeant, quàm vt diutiſsimè ſaluũ & ſoſpitem tantum Mecœnatem habere poſſent. Et ne nos hoc ſine

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

voto ediſſeramus, ſupplice & puro corde Magnum magni mundi Præſidem cotidiè mage ac magis accenſis precibus fatigamus, vt huic voto clementer annuat. Tunc enim florentes literarias Reſpublicas putabimus, ſi hæc regia proles diu ſoſpita. Verum enimuero, ſi etiam alia intimius introſpiciamus, nonne felici et auſpicato omine hanc noſtram Academiam ſalutare poſſumus, quod tantum heroëm, tantumq́; Principem pro capite habeat, qui aliquot celeberrimas Germaniæ Academias tanta animi grauitate, & prudentia, tantaq́; cum maieſtate gubernauit, vt id ſummiſſè auſi ſint expetere Academici, quo Sereniſsimum hunc Principem, perpetuum Scholarum ſuarum dictatorem reuereri poſſent. Cum enim feliciſsimus gubernationis euentus reipſa docuiſſet, tam generoſiſsimo moderatore optimè proſpectum fuiſſe ſocietati Apollineæ, DEO Opt. Max. agendæ gratiæ, quòd tam ſereno vultu dignari voluerit noſtram literariam politiam, & rogandus ſupplice gemitu, ne poſthac

hoc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

hoc pietatis & diſciplinarum templum deſe- rere velit, ſed illi ita conſulere, vt omnia ad ſui nominis gloriam tendant, & vt ſibi & grata dicere & facere omnes queant. Verum cum de hiſce Illuſtriſsimi & clementiſsimi Domini noſtri Rectoris encomijs, pauló antè & eleganter & neruoſè ſatis ſit diſſertum, quis quæſo erit, qui non de tanta felicitate omnia benè precari velit noſtræ Scholæ, cum iam ad eiuſmodi proſperitatis gradum aſcenderit, ad quem vix antè aſpirare potuerit. Tam illuſtrem enim & tam inclytum Rectorem, cum debita reuerentia & ſubiectione vnicè fert in oculis & corde, qui omnia prudenter, omnia conſideratè, omnia ſapienter, & omnia deniq; heroica quadam peneq́; diuina naturæ bonitate & vi peragit & perficit. Ex illa enim regij ſtemmatis ſtirpe, & proſapia, hoc ſereniſsimum Academiæ noſtræ ſidus, & decus admirandum prodijt, ex qua, tanquam ex cœleſti ſemine, producti ſunt heroës, & præclariſsima numina, quæ pietatis & orthodoxæ religionis fue-

runt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

runt ſtudioſiſſima, quæq́; ad hoc diuinitus nata ſunt, vt Eccleſijs & Scholis inſeruirent, Rerumpub. concuſſarum ſalutem ſtudioſiſſimè promouerent, ius & iuſticiam ſumma animi æquitate & ἐπιεικείᾳ adminiſtrarent. Et licet quis mirari poſſet, cur adeò exiliamus gaudio, & cur cum tanta gratulatione Academiæ & Academicis acclamemus, cum tamen Illuſtriſſ. & Magnificus Dominus Rector iamdudum ab hac ſtudiorum matre ſeſe auulſerit, illamq́; quaſi orbam reliquerit. Nam veriſſimum eſſe (poſſet idem monere) feliciſſimam fore hanc literariam & Phœbeam politiam, ſi ſua autoritate, ſuoq́; gratioſo lumine, preſſam hanc tum docentium, tum diſcentium turbam, præſens illuminaſſet, & Clementiæ ſuæ radijs illuſtraſſet. Verùm cum iam longius, quàm fortaſſe Academicus Senatus exoptauerit, ipſius Celſitudo ſe, non ſine grauiſſimis rationibus amouerit, læticia, quæ cum tanta congratulatione fuit ingeminata, interturbabitur ſaltem, ſi non omninò interrumpetur. Verum is &

mirari

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

mirari & trepidare deſinet, ſi æquo animō
patietur, vt veritas pectus ſuum irradiet
& illuſtret. Quomodo enim, quomodo, in-
quam, abſens aut eſſe, aut dici poteſt, qui
animo perpetuo præſens? An is dimotus ab
illo loco, cuius dignitatem, nec non vtilita-
tem defendit & quærit? Num DEVS
Opt. Max. cogitari poteſt abeſſe à ſuo ope-
re, dum non ibidem ſenſu humano percipi-
tur? Num non rectè gubernat & proui-
dentia ſua omnia rectè librat & diſponit,
etiamſi noſtris cauſis ſecundis, veluti Cau-
caſo alligatus & affixus, viſibiliter hæc loca
non permeat? Num Rex aut Princeps
ſubiugatos non rectè defendit, quamuis v-
biq; ſuo corpore præſens non ſit? Num qui
rerum potitur, non optimè ius & æquum
adminiſtrare poteſt, etiamſi ſua præſentia
illum locum, in quo ſacroſanctæ Themidos fit
adminiſtratio non illuſtret? Apage ſis &
diſpereas, q̄cunq; tam minuta, de tanto Prin-
cipe & heroë. Quæ enim præſentia aut excel-
lentior aut dignior? an ea quæ animo, an ea

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

quæ corpore? Apage ſis et diſpereas, quicunq; animo corpus præfers. Quemadmodũ enim animus, tum ratione propriæ eſſentiæ, tum ratione perfectionis, corpus, quod è ſordibus materiæ eſt coagmentatum, antecellit, & maxima maieſtate ſuperat; Sic meher-cule & præſentia quæ animo eſt, longè maioris æſtimanda à ſubditis venit, quàm ea quæ eſt corpore. Nam ſicuti corpus ob ſuas tactiles qualitates, ſolum ſenſus & equidem maximè terreſtres afficit & titillat: animus verò intellectum, ab omni materiæ concretione ſemotum & ſeiunctum quaſi diuinæ auræ particulam perficit & abſoluit; Ita etiam, (quod tamen ſine inuidia dictum dictito) præſentia corporis ſolum rudiores & craſſiores ad obediendum impellit: At præſentia animi, non illos tantum, verum etiam Muſarum conſiliarios, qui ſapientiæ toti mancipati ſunt, quiq; columnæ tum eccleſiarum & ſcholarum, tum Rerumpub. eheu nimis attritarum, ſunt futuri. Et licet præſentia quæ fit vtroq; modo, hoc eſt, & animo & cor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

& corpore, nobis omnibus multis modis eſſet acceptiſsima; Tamen ſi hac frui diuinitus datum non eſt, ſubiecta animi reuerentia ea fruamur, quæ ad dulciſsimum hoc iugum & debitam obedientiam nos flectit & trahit, quæq́ꝫ omnium perfectiſsima, & huic gregi Scholaſtico clementiſsimè ſubuenire poteſt. Quanta enim animi vigilantia, quantaq́ꝫ ſolicitudine ipſius Celſitudo cœtui noſtro Apollineo conſultum voluerit, ego, ego inquam, inter plurimos, teſtis eſſe poſſum locupletiſsimus. Non enim ſolum mihi & clementiſsimè & ſeueriſsimè Academiæ huius faſces & adminiſtrationem commiſit & iniunxit: verum etiam ſua, qua multum polluit autoritate, apud inclytos noſtræ ſcholæ nutritios obtinuit, vt vigilantius & ſeuerius ad defendendam & propugnandam ſuæ Celſitudinis maieſtatem & dignitatem, Academiæ huius rationem promoueant, Prorectoriſq́ꝫ autoritatem ita clementer arment, vt felicius et rectius intra metas officij Academici quicunqꝫ poſsint cohiberi. Hoc enim

 vnicè

vnicè in pijs votis habuit, vt durante ſuæ Celſitudinis magiſtratu, per bonorum præmia, & nocentum pœnas in Elyſias proſperioris fati ſedes Academia reducatur, omnisq́ʒ ſqualor, quantum fieri poteſt, ab illa abſtergatur & remoueatur. Quid itaque mirum, ſi in tam frequenti panegyri, Illuſtriß. & Sereniß. Herois Magnifici Domini Rectoris laudes debita animi ſubiectione decantentur? Aut quid mirum, ſi in hoc auguſtißimo conuentu Scholæ noſtræ congratulemur, quæ tam inclyto & magnanimo Rectore ſtipata & condecorata, iam inter reliquas florentißimas Germaniæ Academias caput altius exerere & efferre incepit? Quamuis autem hæcmetipſa præſentis temporis ratio me moneat, vt in encomia Sereniß. & Illuſtrißimi Principis & Domini, Domini Re ctoris noſtri clementißimi, quacunqʒ etiam fieri poſſet animi promtitudine, excurram, & diſſerendo expatier: Veruntamen vt pa ulò ante eſt poſitum, cum ante me à fratre meo, quantum ſubiectißimo a-

nimo

nimo diuinitus fuit conceſſum, de illis ſit pertractatum, & onus hoc etiam meis viribus ſit impar, id ſolum in præſentia exequar, & fuſiore diſſerendi ratione demonſtrabo. Quòd maximè ex vſu Reipubl. literariæ ſit, vt Principibus & Heroicis iuuenibus Academiarum ſceptra & gubernacula ſummiſsâ deuotione cõmittantur. *Hoc autem argumentum dum necto, & quocunque eloquentiæ filo pertexo, vos patres conſcripti, voſq; lectiſſimi & nobiliſſimi Muſarum filij, faciles mihi præbete aures. In hoc enim ſedulò incumbam, omnemq; operam nauabo, vt & argumenti breuitate & vtilitate, cum honeſta animi voluptate coniuncta, alacriores vos ad audiendum reddam.*

Si quicquam eſt, quod proximè ad diuinitatem accedat, eſt ipſum regnum & imperium. Eſt enim, vt rectè & eleganter Ecphantes Pythagoricus ex libro de regno ſcribit, ἡ βασιλεία χρῆμα εἰλικρινές τε, καὶ ἀδιάφθορον ἐν τὶ, καὶ δι᾽ ὑπερβολὰν θειότατον,

ὁτατον, δυσέφικτον ἀνθρώπῳ, *hoc eſt*, Regnum eſt res pura & ſincera, incorrupta, & propter excellentiam diuiniſsima, & homini non nato ad imperium difficilis acceſſu. *Quemadmodum enim diuinitas omnibus imperat, omnibusq́ dominatur; nihil enim eſt in toto naturæ templo, quod non diuinitati parêre cogatur: ita mehercule quoq; imperium humanum in omnia ſibi ſubiecta poteſtatem ſuam transfundit & exercet. In hoc enim differunt, quod diuinitas omnia gubernet, imperium verò ad certas partes cohibeatur & claudatur. Conueniunt verò in ſumma imperandi facultate.*

Quòd ſi itaq; regnum & imperium ad diuinitatem quàm proximè accedit, multò magis Princeps & Imperator, vtpote qui, vt refert Stobæus Serm. centeſimo quadrageſimo ſeptimo: ἐν τᾷ γᾷ, καὶ παρ᾽ ἁμῶν ἀριστοφυέστατον μὲν ἄνθρωπος, θειότατον δ᾽ ὁ βασιλεὺς, ἐν τε κοινᾷ φύσει, πλεονεκτῶν τῶ κρέσσονος, τὸ μὲν σκᾶνος τοῖς λοιποῖς ὅμοιος, οἷα γεγονὼς ἐκ τᾶς αὐτᾶς ὕλας, ὑποτεχνίτα δ᾽ ἐργα-

εἰργασμένως λῴστῳ, ὃς ἐτεχνίτευσεν αὐτὸν ἀρχετύπῳ χρώμενος ἑαυτῷ, *hoc eſt*: In terra, & apud nos optimus quidem naturâ homo, diuiniſsimus autem Rex, & meliore conditione inter cæteros affluens, ſimilis quidem reliquis corpore, vtpote ex eadem materia natus, ab optimo autem artifice productus, qui fabricauit eum, archetypum imitatus ſeipſum. *Infundere enim & imprimere voluit* Jehova *ille maximus, vim quandam diuinam in regium hoc ſemen, cum ad diuiniſſima munera ſit natum. Quicunque verò illam impreſſionem heroicarum virtutum non habent, minimè gentium etiam commodè ad hæc cœleſtia ſceptra poſſunt vocari & locari. Natura enim quantumuis optima ſit, tamen à ſupremo mundi Rectore intra ſuos cancellos figitur, ne ordinis fiat confuſio & perturbatio, cuius* Devs Opt. *Max. eſt amantiſſimus. Quæcunque enim à* Deo *fluxerunt, illa in perpetuo apud eum ſunt precio & ordine. Quemadmodum autem non caſu aut fortuitò hæc ſplendidiſſima mundi machina extitit,*

titit, ſed diuina potentia, artificioq́ elaboratiſsimo, & omnium abſolutiſsimo extructa, & efformata: ita quoque ordines ſtatuum non fruſtra aut cœco impetu, vt è fecibus populi turpiter quidam inſaniunt, extitiſſe credendum eſt, ſed certo & ſapientiſſimo D E I *conſilio & decreto eſſe inſtitutos, ne commiſtio turpis etiam in minimis rebus fieret, quæ ſupremi numinis maieſtatem & amplitudinem obſcuraret & obfuſcaret. Hinc videmus mira* D E I *prouidentia & circumſpectione altas illas familias protegi & ſaluari, cum non ad abiectos, ſed omnium excellentiſsimos faſces, ab auguſtiſsimo omnium bonorum fonte conſtituantur & ordinentur. Hic enim omnium Principum & Regum finis, hocq́ officium diuinitus traditum, vt* D E I *altiſsimi ſint Vicarij in ducendis & domandis Subiectorum animis & furijs, ne à recta viuendi orbita exilientes, turpiſsimam benigniſsimo creatori notam adſpergant & inurant. Præ alijs itaque omnibus ij ad Rerumpub. clauum moderan-*

derandum inuitandi & vocandi ſunt, qui non ſolum à natura eliguntur, ſed ab ipſo DEO tacito quodam ſenſu & temperamento inſigniuntur, & alta proſapia proclamantur. Afferunt enim ad imperium animum Heroicum, & impetum planè diuinum, qui nihil aliud moliri poteſt, quàm quod forte quodq́; ex vſu Reipub. ſiue pietatis cultum, ſiue iuſtitiæ exercitationem reſpicias, eſſe poteſt. Eſt enim genius quidam viuidus in illorum animis refulgens, qui ſingulari & heroica vi omnes animi & corporis motus regit & dirigit ad res præclarè gerendas, ad quas vix alius longa præmeditatione, aut etiam fuſis omnibus ingenij viribus & laboribus aſcendere auſit vel poßit. Sicuti autem vbi nebulæ plurimæ, & atratæ exhalationes in magna copia emergunt & prorumpunt, ibi ſolis iubar ſplendidißimum obtenebratur & quaſi inhibetur, vt minus rectè actiones naturalium rerum abſoluantur: Ita quoque mehercule, vbi animi hominum, qui ad obediendum non ad imperan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

dum ſunt nati, abiectione & puſillanimitate atrantur, neceſſe eſt, ſi furore indomitæ multitudinis ad Rhadamantheam ſedem promoueantur, vt omnia in peius ruant, vt pax ſedibus ſuis luxata diſcedere, & vt ſanctiſsima Themis iniuſticiæ & imperitiæ flagris excuſſa & eiecta exulare cogatur, imò vt omnium rerum fatalis interitus lituis quaſi & tubis ſonoris accerſatur, & vi quadam attrahatur. Contrà verò, ſicuti vbi clariſsimum oculi mundi lumen diſcuſsis & ruptis omnibus impedimentis longè lateq́ diffunditur, non ſolum hominum animi ſereneſcunt, verum etiam quæ ſenſus ſunt expertia, & quæ melioris naturæ diplomate ſolùm inter viuentia ponuntur, reuiuiſcere videntur, & ad imperium vitalis illius facultatis inclareſcere: Ita quoque quando heroici & gentiles heroum ſpiritus ad aurata Themidos Roſtra, & iure naturæ & iuſſu diuino conſcendunt, non ſolum iuſticiæ fulgor in omnibus animis reſplendeſcere incipit, verum etiam ſubiugatorum animi

tam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

tam facilè ad obedientiam tanta Principis maieſtate flectuntur, ad quam vix duriſsimis legum & pœnarum repagulis poſsint cogi & perduci. Vis enim, quæ Principum mentibus infixa eſt, tacito ſenſu, etiam Caucaſo aliàs duriora pectora mollit & trahit, illisq́ parendi ſtudium infundit, vt quamplurima exempla nobiſcum vnà atteſtantur. Quid enim de Alexandro Magno, non homine, ſed miraculo totius mundi ſtupendo? an non breui temporis, videlicet duodecim annorum ſpacio, totum terrarum orbem edomuit, & ſubiugauit? an non radij principatus iuuenilis in ipſius mente cœlitus impreßi, ita omnium hominum animos irradiarunt, vt vltrò accito regi ſua colla ſubdere maluerint, quàm turpi inobedientiæ obice reluctari? Huic enim, qui ex proſapia ſplendidiſsima ad mundi faſces gyrandos & tenendos erat natus, totus mundus patuit, vt nullo penitus repugnante omnia regna quantumuis munitiſsima & florentiſsima pacato pede inuaderet. Voluit enim hunc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

iuuenem DEVS, *ceu exemplar quoddam proponere, ex quo reſplendeſcere poſſet vis illa regnandi, quam Iehoua Opt. Max. non in quorumuis mentes, ſed in regiarum familiarum animos, infudit, & inſeuit. Quid de Iulio Cæſare, cui omnia ob diuinos imperandi igniculos ita ceſſerunt, vt ad quoſcunque venerit, illos ſtatim viderit & vicerit? Hocmetipſum teſtantur alij quamplurimi, vt Octauianus Auguſtus, Titus Veſpaſianus, &c. Inprimis tamen veriſsima laude id loquitur* CHRISTIANVS *primus Rex* DANIÆ *fortunatiſsimus & ſapientiſsimus, qui tam proſperis fortunæ velis non ſolum florentiſsima illa duo regna inuaſit, ſed etiam tam feliciter coniunxit, vt iurare quis poſſet, Fortunam ſecundam cum omni exercitu illius conatus promouiſſe & expediuiſſe. Cum itaq; hi diuini genij, & heroicæ naturæ ſcintillulæ in iuuenibus Principibus diuinitus ſint inoculatæ, longè maiori cum laude & lucro ad hæc noſtra ſcholaſtica diademata inuitantur, quàm anguſta & preſſa*

ingenia,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

ingenia, quæ ad doctas fati fabricas ſunt ableganda, minimè verò gentium ad ſceptrorum maieſtatem ponenda. Præterquam enim quod eiuſmodi ingenia nil niſi confuſionem párere poſſunt: Omnis enim confuſio à preſſo & abiecto animo; nulla etiam autoritate valent, quæ tamen fulcrum & tutiſſimum habenarum eſt præſidium. Quemadmodũ enim videmus cathenas facilè rumpi & laxari, ſi diſcerpatur mutuũ ſtabilimentum, quo inuicem ſe connectunt, & quaſi fulciunt: ita mehercule & imperia peſſum eunt, omnemq́ ſuccum & animam amittunt, vbi non autoritas Principum eas roborat & quaſi ſuſtentat. Autoritate enim non ſolum Leges vigent, & priſtinum nitorem defendunt, verum etiam ſubditi ad reuerentiam trahuntur, vt excuſſa & exauctorata ſocordia, nihil aliud in votis habeant, quàm ſe tales gerere, quales Principes ſunt. Notus enim eſt tritus, ſed veritate grauis verſiculus:

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Quan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

Quandocunq; enim diſſolutis & profligatis moribus ſunt Principes & reges, ſubditi adeò nequiter & perditè viuunt, vt pulſis virtutibus, vitia & ſordes ſpurciſſimæ omnium animos ineſcent, & irretitos teneant. Hinc tot ſceleribus regna polluuntur, totq; flagitijs ſcatent, ſi ab auito heroicarum virtutum tramite diuinioris naturæ filij exorbitant, vt mundi oculus & corculum ſuper tanta facinora, ceu in deliquium quoddam delabi cogatur. Quòd ſi verò autoritate Principes ſunt armati, eaq; multum valent, non ſolum vitia in exilium pelluntur, verum omnis viuendi ratio ad bonitatem naturæ flectitur & reducitur, vt Iuſticia, Pax, & honeſtas in omnium animorum foribus florentiſſimè vigeant & ſplendeant. Hinc videmus, quotieſcunque DEVS *Opt. Max. regna illa, quæ hominum nequitia, & viuendi peruerſitate diruta iacent, ad decus & elegantiorem formam reuocare velit, tales excitet, & mittat purpuratos proceres, qui grauitate & dignitate, qua ſtipati ſunt*

eminen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

eminentiſsima, omnes illos vitiorum gurgites occulere & amoliri poſsint. Et ne luxuriet Oratio in plurimis exemplis, Salomon ille diuina tuba omnium regum & Principum ſapientiſsimus proclamatus, reliqua omnia oſtendere poteſt. Cum enim regnum Iſraëliticum diuinis legibus extructum & circumuallatum, ſeditione Adoniæ, dum pater David ad morbidam ſenectutem eſſet deuolutus, grauiter quateretur, & atteri inciperet, vnica autoritas Salomonis, qua diuinitus fulciebatur, tantum valuit, vt non ſolum Adoniam à ſeditione auocaret, verum Socios ſeditionis ita confunderet & conturbaret, vt mutata ad ſeditionem prona voluntate, ad officia pietatis & honeſtatis redierint, & eam quam debebant debita animorum ſubiectione obedientiam præſtiterint. Vnde regnum quod omnium erat præſtantiſsimum ſtatim pacabatur, & ita autoritate & ſapientia Salomonis, Deo fortunante, tantas vires, gliſcente quidem ſeditione, ſed iam repreſſa, acquirebat, vt nullum

in toto

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

in toto mundi ambitu eſſet, quod huic æquiparari aut conferri potuiſſet. Adeò enim regna, quæ autoritate principum muniuntur, alia præcellunt, vt nullum poßit eſſe, quod cum tali aliqua ſaltem ex parte poſſet certare. Nam quando Purpuratorum maieſtas ab imperandi poteſtate abſtrahitur, triſtis & ſqualida Politiarum facies remanet, quæ leui de cauſſa ad latrocinia & antra nequitiæ poſſunt redigi. Et licet diuinitus etiam in alios diſſeminetur dignitatis amplitudo & eminentia, tamen præcipuè Principibus ineſt. Cum enim DEVS *ad tam altum excellentiæ gradum, ex tanta multitudine, purpuratos euocârit, non dubium eſt, imò verißimum, & multa experientia comprobatum, ſummum illum mundi Rectorem etiam addidiſſe neruos rerum gerendarum, hoc eſt, ipſam autoritatem, vt poßint illud, ad quod euocati ſunt dignitatis faſtigium, non ſolum tueri, verum etiam cum maieſtate quadam perficere & exornare. Vt enim in reliquos inferiores ordines* DEVS *Opt.*

Opt. Max. pro ſua clementiſſima volunta-
te dona liberaliſſimè transfudit, & illos eâ,
quæ neceſſariò requiritur, ſapientiâ ornauit,
vt actiones ad benè & rectè viuendum, qui-
libet pro ſua vocatione obire valeat, quo
humanum genus inuicem quaſi alatur &
ſuſtentetur: Ita mehercule ſupremos illos
proceres autoritatis armis circumuallauit,
vt non ſolum animi inferiorum ad debitam
reuerentiam, & ſummiſſionem impellantur;
verum etiam manſuetiori vitæ adſueſcant,
vt beluinos mores, etiam intra priuatos pa-
rietes exuant & deponant, & virtutis
amore peccare & delinquere vereantur.
Hæc autem autoritas cum innata ſit illis Se-
mideis, longè excellentior eſt, quàm quæ vel
doctis dolis, & verſutis fabricis, vel vi &
immani tyrannide, aut alijs quibuſcunque
machinis acquiritur aut rapitur: Sicuti
enim illa perpetua eſt, vtpote quæ à DEO
certis familijs infunditur, ita hæc ἐφήμερος
& ad paruum temporis ſpacium diurna.
Quodcunque enim à natura imprimitur, id

 diurnum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

diurnum ac fixum eſſe conſueuit, quemadmodum è contrario id omne, quod ab arte, lubricum & caducum, id quod cotidianus vſus loquitur. Nam domus ſplendida, quæ innititur fundamento à natura benè munito, non ſolum diuturniora temporis interualla exigit, & quàm diutiſsimè conſeruatur, ſed firmiſsimis fulta fulcris, ſe contra quaſuis iniurias erigit & defendit: ita mehercule illa autoritas, quæ natura in Purpuratorum proſapiam, tanquam in immotam rupem impreſſa, non ſolum conſtantiſsimè durare ſolet, verum etiam ita contra inuidiæ & inobedientiæ latratus ſe munire, vt reliquis iniuriarum telis omnibus ad extremum periclitantibus, illa tuta & rata ab omnibus conſpiciatur.

Optumè itaq;, optumè inquam Rebuſpub. literarijs & Apollineis (de his enim nobis in præſentia differendi neceſsitas incumbit) proſpicitur & conſulitur, quando tales illis præficiuntur, qui ex heroica & regia familia vitæ elegantioris primordia, cum omnium

applau-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

applauſu & gratulatione oſtendere, & demonſtrare poſſunt. Et ne quis illa omnia, quæcunq; hactenus fuſiore argumentorum tela pertexuimus, quæq; ſatis ſuperq; demonſtrauimus, eò detorqueat, quaſi id innuere velimus, quod eiuſmodi principibus & in eminentiore dignitatum gradu conſtitutis viris, rerum ſumma poteſtas humilima ſubiectione ſit committenda, qui & vſu rerum; & ætate prouectiore grauiſsimi & maximè conſpicui ſunt: breuiter nunc & neruosè hoc probabimus, non ſolum è re Reipub. literariæ eſſe, vt Magnatibus, & vſu rerum confirmatis heroibus, verum etiam vt iunioribus hæc ſceptra, & hæc Academiæ diademata debita animi reuerentia tradantur & offerantur. Præterquam enim quod animi & corporis robore elegantiore quoſcunq; etiam vincant & ſuperent, multum etiam ab alijs, quibus communiter hæc gubernandi prouincia demandatur, differunt & diſcrepant: Hinc ſi non alijs de cauſsis, ſaltem hanc ob rationem, quibuscunque fieri poſsit

occaſionibus, ad hæc noſtrarum Scholarum gubernacula, ſumma animi ſummiſſione vocandi & inuitandi eſſent Principes illi iuuenes. Quæ enim horum Purpuratorum & magnatum ſit natura excellens, cum quàm proximè à D E O *Opt. Max. ipſa regiarum & ſplendidiſſimarum familiarum ſuarum exordia expediant, iam ante à nobis paſſis rationum neruis eſt expoſitum & tractatum. Nam cum Principes & proceres iſti aurati, qui ad Rerumpub. imperia ſunt nati, officij quod adminiſtrant eminentioris ratione, ſecundi ſint ab illo, qui omnimoda prudentia totam totius mundi ſeriem moderatur, vt natura etiam reliquos omnes, qui ad obedientiæ limites & pomeria figuntur, & humano caſu rotantur, longè ſuperent, rectè concluditur:*

Fortes *(enim)* creantur fortibus & bonis,
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam.

Semina enim virtutum laudandarum alios fructus ferre & fundere nequeunt, niſi quæ

ſuis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

ſuis principijs reſpondent. Vt enim qualibet ſpecies plantarum & arborum eiuſmodi producit fœtus, qui ſpeciei ſuæ conueniunt. nulla enim nec dari, nec excogitari poteſt ſpecierum commiſtio. Ad eundem modum quoque natura id ſtudioſiſsimè inter homines obſeruat. Qui enim à paruis & preſsis procreantur, parua & abiecta moliuntur: Contrà, qui à magnis & regijs parentibus ſunt ſeminati, non niſi magna & alta cupiunt, & magna cum maieſtate expediunt. Neque vim illam heroicam annorum ſeries metitur, quæ enim bonitate naturæ impreſſa eſt animi excellentia, ſtatim etiam in primo ætatis limine emicat, & regio quodam ſplendore coruſcat. Quemadmodum enim ignis diu recondi & reprimi non poteſt, exerit enim vires in quodcunque obiectum, cum omnia, vt rectè ſapientiſsimus ſapientiæ & veritatis humanæ dictator Ariſtoteles philoſophatur, igni pro pabulo ſint proſtrata: Ita quoque mehercule generoſa & inclyta virtus in principum iuniorum animis diu latere

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

haud poteſt: Depromunt enim hi heroicorum impetuum igniculi ſcintillulas, ita vt ſi non ſummas ſtatim vires exprimant, micare tamen & efflore ſcere incipiant, vnde ſpes magè exoptata ad res præclarè & fortiter conficiendas affulget. Hanc verò vim inſitam doctrina & inſtitutio liberaliſsima & planè regia promouet. Hæc enim longè ſeuerior & exactior, quàm quæ apud infimæ ſortis homines peragitur. Vt enim apud hos frena cupiditatum libidinibus laxantur, & feneſtræ ad quæuis ſcelera pateſcunt, ita apud heroas iſtos, etiam à primo ætatis limine, licentiæ fomites & alimenta coërcentur, omniſq́ peccandi ſeges demetitur; vt nihil vel agere vel appetere auſint, niſi quod morum magiſtri ex ratione admittunt. Et cum ex illa primæ & teneræ ætatis ſeueriore inſtitutione, non ſolum mores corrigantur, ſed ipſa quoq; vita ad optimam viuendi normam pertrahatur, neceſſe quoque eſt, vt ex illa eiuſmodi fructus redundent, qui in tota vita ex vſu & maximo emolumento eſſe poſſunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

poſſunt. Nam ex bono nil niſi bonum; vt contrà ex malo nil niſi malum ſequi poteſt. Hinc quæ inſtitutio in primis vitæ foribus rectè inſtituitur, præſertim apud eos, qui natura ad res fortiter gerendas feruntur, quiq́; impetus illos heroicos alunt, per quos ad alta & opima gloriæ pabula impelluntur, quid aliud inquam hæc elegans & frugifera informatio perficit, quàm vt nonnihil ſopitam & preſſam bonitatis vim, in primo puerilium annorum limine exuſcitet, vt apud omnes illa ſtupendam admirationem pariat. Sin verò ſilet illa præceptorum moderatio, aut negligenter, vt hodie vbiq;, præſertim in ſcholis triuialibus, & domi fieri, cum totius Reipub. damno & iactura dolenda conſueuit, luxati enim & laxati ſunt omnium eheu diſciplinarum nerui, etiam illi virtutum fomites opprimuntur, vel in deterius mutantur, qui aliàs, vel quocunque imperio, vel ſeueriore animaduerſione poſſent ad aliquam frugem perduci. Socordia enim & plus quàm barbarica deſidia tam parentum,

quàm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

quàm præceptorum in preſſis hominum ordinibus, radix eſt hodie omnium malorum, quibus cum totus mundus cum extrema pernicie & ruina luctatur & conflictatur. Ex dictis itaq́ & iam poſitis rationum fibris præ cæteris ad ſcholaſtica hæc munera deberent Principes adoleſcentes magna animorū deuotïone pertrahi & inuitari: cum & natura & inſtitutione elegantiſſima & ſeueriſſima ad hoſce Apollineos faſces ſint quàm aptiſſimi. Accedit etiam ad hæc conuerſatio crebra cum principibus & regibus, alijsq́ magno dignitatum fulgore clariſſimis viris, heroibus ſcilicet fortiſſimis & illuſtriſſimis, à quibus ea poſſunt haurire & imbibere, quæ Rebuſpub. literarijs maximè ſalutaria ſunt, quæq́ ceſpitantes ſcholas vnicè reficere poſſunt. Sciunt illud Theognideum: ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ᾽ ἐσθλὰ μαθήσεαι. Contrà, qui ad hæc viua virtutum ſereniſſimarum lumina non admittuntur, ſed in priuatæ vitæ mandra & gurguſtro deliteſcunt, vbi ſolummodo priuatorum colloquijs, & conuerſatione

frui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

frui poſſunt, parére potius diſcunt, quàm imperare. Nihil enim de gubernandi ratione percipiunt, ſed ea ſolummodo, quæ ad obſequendi rationem ſpectant, imbibunt & percipiunt. Conuerſatio enim tacitam quandam communionem & ſimilitudinem animorum parit: Eſt enim nihil aliud, quàm animorum agglutinatio, quæ ex eadem viuendi ratione coit & coaleſcit, ex qua poſtea ipſi mores, & viuendi norma conformatur, vt illi, inter quos conuerſatio exiſtit, non diuerſa, ſed eadem & ſimilia expetant & faciant. Et cum virtutes inter habitus referantur, hi autem non niſi creberrimis actionibus acquirantur, creberrimæ verò actiones inter duos vel plures conuerſationem & coniugium viuendi efficiant, neceſſe quoq; eſt, vt & virtutes ex hoc conuiuendi iugo enaſcantur & contrahantur. Similia enim procreant ſimilia, quemadmodum diſſimilia producere ſolent diſſimilia. Et cum adoleſcentes illi heroës ſolummodo cum ijs, qui in opimis gloriæ delicijs, & ſplendidiſſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

mis autoritatum theatris & triumphis conſenuere, conuerſentur, & ab eorum lateribus vel raró vel nunquam diſcedant, quid quæſo aliud imbibere poſſunt, quàm ſemina laudandarum virtutum, viuendi honeſtatem, affectus moderandi rationem conuenientiſsimam, & deniq; regulam Leſbiam ad cuius rubricam fortiter, & celſo animi robore ſubditos regere & gubernare poſſunt. Hæc autem cum omnia maxumè conducant ad hæc ſcholaſtica regimina, maximo quoq; cum Academiarum incremento Magnifici earundem Rectores creantur, qui magna cum maieſtate & laude eas gubernare & moderari poſſunt. Et ne altius repetamus exempla, hic Illuſtriſsimus & Magnificus Dominus Rector inſtar omniū erit. Quanta enim ſapientiæ & prudentiæ laude, quanta item animi fortitudine, florentiſsimas illas duas Germaniæ Academias rexerit, omnes quotquot ſunt cordati & maſculi mecum fateri coguntur. Quod autem metipſum veritati ſit conſentaneum, teſtantur vota illa,

teſtan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

teſtantur ſuſpiria illa, teſtantur denique id gemitus illi, quibus iam iam abiturum Sereniſſimum Rectorem ad perpetuam harum Scholarum adminiſtrationem, debita reuerentia retrahere non erubuerunt. Diſpereant itaq;, diſpereant inquam, qui vel ætatis, vel iuuenilis ardoris ratione, vel alia quacunq; de cauſſa, hoſce vigilantiſſimos literariæ militiæ ocellulos à regni habenis dimotos clamitant. Armati enim natura, inſtitutione, heroicis virtutibus, & conuerſatione cum optimis quibuſuis, ea in tali adminiſtratione perficere poſſunt, ad quæ vix alijs, quantumuis exercitatis, perueniendi poteſtas eſt data & conceſſa.

Supplice voce flectimus æternum Patrem Domini noſtri IESV CHRISTI, *vt Illuſtriſſimi & Sereniſſimi noſtri Rectoris celſitudinem Spiritu ſuo ſancto regat & gubernet, vt hæc Academiæ ſceptra, quæ cordatè & eleganter torquet, dirigat ad nominis diuini æternam gloriam, Scholarum nimis vbique eheu attritarum ſolatium & incre-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

mentum, & ad ſubditorum ſalutem. Et vt hoc fiat, ô APOLLINEI COETVS MODERATOR AMPLISSIME, *ſoſpitam vitam largire huic noſtro* Clementiſſimo Rectori, *vt hoc diu ſaluo, diu ſalua ſit Academia noſtra, & quicquid huius Academiæ nomine pro ipſius Celſitudinis ſalute vota pia fundit, annuat pijſſimis votis qui ſolus poteſt.*

DIXI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 303 [35,-185 4°]